

Tu quicumque titulum nostrum releges, rogo per superos sic ut ad infernas partes recipiaris, ne velis tribus sepulchris molestari.

*Romae (VI 15927. 36631 cf. p. 3514 semel descripta circa a. 1500). — 1) Caerellius Euodius monumentum fecit sibi et Caerelliae Capitolinae coniugi et Aureliae Euodiae filiae manumissae ab Augusto.*

**8197** quicumque violaverit | sive inmutaverit, | sentiat iratos | semper sibi.

*Ostiae rep. (XIV 1872 descr. C. L. Visconti).*

**8198** d. m. s. | L. Vibi Felicis, hic | sup[er]tus positus est. | Moneo te, lectis lit[er]is ne contemnas | et velis titulum mo[]vere et corpori in[i]uriam facere. Si | quis autem sibi ad[m]iserit, non bono | suo fecerit et superos | et inferos iratos | habeat; lecto me[]ru[m] profunde.

*Romae (VI 36537 vidit Huelsen).*

**8199** Graniae Primi|geniae locus. | Qui hoc titulum sustu|lerit, habeat iratas | umbras qui hic positi | sunt.

*Puteolis rep., deinde apud Mommsenum (X 2487 vidit Mommsen).*

**8200** d. m. | C. Voltilius Cypaeus et Flavia | Primilla fecerunt C. Voltilio | Atimeto f. suo dulcissimo et pientissi|mo bene merenti, vixit ann. XVII m. V | d. XX. Quisquis huic sepulchro nocere | conatus fuerit, manes eius eum exa|gitent.

*Romae (VI 29471 vidit Bormann).*

**8201** d. m. | Claudiae Fortu|natae et Fortuna|to et Laeto filis eius | bene merentibus, | Abascantus conliber|tus fecit. Quisque ma|nes inque- taberit, habebit illas ira|tas.

*Puteolis rep. (X 2289 exemplo Fiorelli).*

**8201<sup>a</sup>** dis manibus | Thetidis, vix. | ann. IX, et Chari|dis sororis, vix. | ann. XV, fecit | pater ex viso | Ti. Claudius | Panoptes et | mater Charmosyne. | Tu, qui legis et | dubitas Manes | esse, sponsione | facta invoca | nos et intelleges. | Item Euno nutricio | earum colliberto suo.

*Romae rep. ad viam Appiam (VI 27565 vidit Henzen).*

**8202** L.<sup>1</sup> Caecilium L.<sup>1</sup> | et D. I. Florus | vixit annos XVI | et mensibus VII. Qui | hic mixerit aut | cacarit, habeat | deos superos et | inferos iratos.

*Romae (VI 15740 cf. p. 3515 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Utroque loco primum fuisse C., id correctum in L significant apographa.*

**8203** d. m. | C. Annidieni Marcelli | C. Annidienus Frequens evoc. | Aug. patri piissimo et incomparabili, | et sibi suisq., lib. libertabusq. posterisq. eor. | Ulpiae M. lib. Dmoidi dis manib., ne quis hic urina | faciat. Ex viso nutricis.

*Romae (VI 5415 vidit Henzen).*